



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 51. Aquaviva Cardinalis mortuus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

que primo, & dein Bononiensi Legatione donatus est. Romam vero reversus Mense Junio Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto e vita migravit, postquam Vifensem Ecclesiam Farnesio Cardinali cesserat. Multa carmina felici vena conscripsisse perhibetur.

Sæcul. XVI.
A.C. 1556.

§. LI.

Aquaviva Cardinalis mortuus.

Quartus erat Joannes Vincentius *Ciacon.*
Aquaviva, cujus Pater fuit Matthæus *p. 679.*
de Arragonia tertius hujus nominis Atriensis Dux, Bituntinus Marchio, ac Interamniæ Princeps: Mater vero Isabella Piccolominæa de Arragonia Antonii Amalphitani Ducis Filia. Præprimis Vincentius arcis S. Angeli Præfectum agebat; postea vero Melphiensi Episcopatu, ac denique a Paulo III. purpura Romana sub titulo SS. Silvestri, & Martini in Montibus decorabatur eo tempore, quo idem Pontifex die trigesima prima Maji Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo quadragesimo secundo Cardinales creaverat. Vincentius cum suam Ecclesiam non sine ingenti sollicitudine, ac virtutum exemplo rexisset, hoc anno die secunda Augusti obiit.

§. LII.